

S. N. A.

SPECIMEN ACADEMICUM,

STENS

34.

CHINENSIA  
LAGERSTRÖMIANA.

QVOD,

ANNVENTE NOB: a FACULTATE MEDICA:  
IN R. ACADEMIA UPSAL.

PRÆSIDE.

VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

D:ñ D. CAROLO LINNÆO.

S:æ R:æ MAI. TIS ARCHIATRO. MED. ET BO.  
TAN. PROF. REG. ET ORDIN. ACAD. IMPER.  
MONSPEL. STOCKHOLM BEROL TOLET ET  
UPSAL. SOCIO.

UT ET

EQVITE DE STELLA POLARI

PUBLICÆ DISQVISIONI SUBMITTIT  
JOHANNES LAURENTIUS ODHELIUS.

W. G.

IN AUDIT. GUSTAV. D. [REDACTED] DECEMB. MDCCCLIV.

H. A. M. C.



HOLMIÆ, Impressit Direct. & Typogr. Magn. Duc. Finland.  
JACOB MERCKELL.

4845  
VIRO  
NOBILISSIMO et CONSVLTISSIMO  
D. MAGNO LAGERSTRÖM;

Regii Collegii Commerciorum Consiliario, Societatis Mercatoriae India Orientalis Directori, Regiae Acad. Societ. Stock. Membro,

et

Reg. Societatis Liter. Ups. Socio;

Patrono certissimo.

**I**n finita summi Numinis sapientia, In rebus infinitis, explende scer-  
te, insigniter qui delector, eorumque pariter labores maximo  
semper cultu prosequor, qui circa operum divinorum contem-  
plationem, uti omnino deest, non segniter, quemadmodum re-  
liquum vulgus, sed probe ac laudabili industria versantur;  
hand utique mirum est, quod specimen quaecunque publicum  
editurus, in celebre Nomen LAGERSTRÖMIANUM, nec  
tamen fortuito incidit, quod etiam hac ipsa pagella, quan-  
tum potero, honorificentissime compellatum velim. Scilicet, ita  
se res habet: Omnia magna atque eximia non possunt non  
quemlibet curiosum spectatorem in admirationem rapere, sui que  
data qualibet occasione, memoriam in animis intelligentium  
renovare, inq; amorem sui jucunde allicere. Longe, fateor,  
majora sunt, Nobiliss. LAGERSTRÖMI, tua in rem literari-  
am, ut cetera cuncta sileam, merita, quam ut obtuso calamo  
meo digne enumerari, ne dum condecorari queant. Sed, que-  
madmodum videbis, nec tantam molem humeris hisce meis im-  
ponendam unquam judicavi. Ero omnium maxime contentus  
si quorundum saltem enumeratione, Tuo, quem longe maxi-  
mum inter mortales meruisti, honori, aliqua ratione litare,  
Et aliorum utilitati meaeque voluptati non nihil inservire valeam.  
mansurus quoad vixero

Nobilissimi Nominis Tui

elicis obsequentissimus

Joh. Laur. Odhelius.

Amplissimo & Consultissimo Viro  
*Supremi Regii Dicasterii ADSESSORI Aequissimo*  
**D. LAURENTIO ODHELIO.**

Patruo, filiali amore & reverentia ad cineres usque colendo,

Viro Consultissimo  
*Territoriarum Holmiam versus septentrionem spectantium*  
JUDICI Gravissimo

**D. JONÆ ODHELIO.**

Patruo, omni animi submissione perpetim prosequendo,

Viro Plurimum Reverendo & Præclarissimo  
**D. Mag. CLEMENTI HELIN.**

*Ecclesiarum, quæ Deo in Grenna smolandorum colliguntur*  
PASTORI vigilantissimo.

Avunculo exoptatissimo.

Viro Plurimum Reverendo & Clarissimo  
**D. THORDERO ODHELIO.**

*Antehac Lycei Holmensis Correctori Laudatissimo, jam PA-*  
STORI designato Flodensium in W. Gothia meritissimo

Patruo, summa, quæ decet, obsequentia, semper diligendo,

Spectatæ Fidei Viro  
MERCATORI Holmensium Per Celebris  
**D. PETRO HELIN.**

Avunculo Dilectissimo.

Notæ Integritatis Viro  
*Holmensium pariter MERCATORI Conspicuo*  
**D. SAMUELI HELIN.**

Avunculo Carissimo.

**I**nfantili ætati meæ grave quoddam fatum imminere visum  
est, cum Dilectissimi Optimique Parentes inopinata eheu!  
morte, mature nimium mihi met eriperentur. At vestra  
indulgentia, vestrisque curis & impensis factum est, ut

mi-

mitiorem fortuna habitum experiri licuerit, unde nihil omnino prater solum paternum nomen apud vos desideratur: quod etiam vobis publice heic tribuere & possum & debeo. Quid vero jam pro innumeris beneficiis Parentibus meis redditurus sim, plane nescio. Tenuis hacce opella, quam vobis consecrare audeo, sit inculpati amoris mei gratæque mentis tessera non intermoritura. Accipiatis illam precor, sicuti datorem ejus semper soletis, benigna & serena fronte. Ego vero, quoad spiritum duxero, omni animi veneratione sum permansurus

Ampliss. Consult. Pl:r Reverend, &  
Spectat. Nominum Vestrorum

curator humillimus

Joh. Laur. Odhelius.

*Min kära Cousin*

**F**ör Ert ogemena wett och lyckeeliga Snille är ej nog beskriwa någon del af Naturens alster i hembygden, utan I åtagen Er den mödan underrätta oss om de sällsyntaste Foglar, Växter och Naturalier som Chinæiska landet framwisa kan. Till ett Er så anständig företagande önskar jag Er ej allenast lycka, utan ock en Ehr möda och beswär wärd wedergällning. Förblifwer

*Min kära Cousins*

Uprigtiga Bror

JOH. LAUR. HELIN.



**S**cientiæ pro ratione seculorum  
 & temporum voluntur & mu-  
 tantur, ita ut una ætate hæc,  
 alia autem ætate alia scientia ho-  
 minibus magis arrideat. Multo-  
 rum opera ad id fastigium ascen-  
 dunt scientiæ, ut ex onere tandem  
 suo sæpenumero vacillent. Cognitio naturæ, quæ  
 hominibus præscribit, quicquid ipsorum in hac vita  
 necessitatibus inserviat, earum ex numero scientia-  
 rum est, quæ novissimis hisce temporibus insignia  
 cepit incrementa. Quæ hujus pars est, **zoologia**,  
 quæque antehæc omnium minime exulta fuit,  
 præsentis seculo, & maxime intra viginti annorum  
 spatium, caput attollere cæpit, ut summo in pretio  
 habita sit. Id ipsum opera *Artedii*, *Reaumurii*, *Ca-*  
*esbeji*, *Wilkes*, *Roefelii*, *Edwardi*, *Frischii*, abunde  
 testatum eunt. Præcipue vero minimorum animal-  
 culorum indoles & natura, quando cum iisdem  
 usque ad plantas in *Polypis*, & ad lapides in *Coral-*  
*liis*, itum fuerit, in censum venire. Hinc univer-  
 sis & honore & ingenio claris, in deliciis esse  
 A cœpe.

cœperunt rerum naturalium **Musea**, idque non immerito, quum isthæc omnium evidentissime stupenda miracula Omnipotentis hominibus ante oculos ponant.

Hanc scientiam Nostrates non minus, ac aliæ nationes, feliciter colunt, imprimis cum nuperime ipsa R:æ Majestas, ipsi Auctoritatem conciliaverit; Scilicet **Rex** noster Potentissimus in arce **Ulrichsdahl**, maximum, quod orbis, unquam viderit, **Museum** instruendum curavit varii generis *Quadrupedibus*, *Avibus*, *Amphibiis*, *Piscibus*; Ast **Regina** nostra clementissima; tantum in arce **Drotningholm** adparatum instituit *Insectorum*, *Conchyliorum*, *Coralliorum*, *Crystallorumque*, ut facile dubites, an quid ultra cogitari possit. Ne plures memorem, qui singuli in id incumbunt, ut quam plurima quisque creatoris miracula promere queant. Regis Regniqve Senator, Illustrissimus Comes, C. G. **TESSIN**, eam instituit *Conchyliorum*, *Lapidumque* collectionem, quacum certe paucissimæ comparari possint; cujus *Museum Tessinianum* præterito anno typis mandatum, præstantissimos certe lapides insinuat. Cubicularius Regius D:n **DE GEER** in **Leuffstadio** tuo tantum coegit numerum, tum animalium exoticorum, cum Insectorum, indigenorum præprimis, ut nemo in his ipsi palmam præripiat; ut præteream illi dudum in possessionem cessisse & *Icones aviarii Rudbeckii filii*, & *prelo olim destinatos Campos Elyssios Rudbeckii Patris*.

MUSEUM Academiae nostrae Upsaliensis, a  
 N. D. Praeside adornatum, non infimum locum  
 meretur, accedentibus Museo Principis, Amphibiis  
 Gyllenborgianis, Suriramensibus Grillianis, Chinesibus La-  
 gerströmianis. alios ut sileam, qui huic collectioni  
 cumulum addidere. Priora ista oculis eruditi orbis  
 ab aliis dudum subjecta sunt, at meum proposi-  
 tum circa considerationem **Chinensium La-  
 gerströmianorum**, in praesenti versabitur,  
 mihi sufficeret, si eam Benevoli Lectoris attentio-  
 nem circa haec mea experiri mihi liceat, quam il-  
 li, qui caetera ante me ediderunt, sibi gratulati sunt.

§. II.

D:ño MAGNUS LAGERSTRÖM, Collegii com-  
 mercicorum Consiliarius, Director societatis mercatoriae  
 indae orientalis, Reg. Acad. scient. Stockholm Membrum,  
 & R:ae Societatis scient. Ups. socius, qui primis inde  
 ab annis, solida in omni eruditionis genere, jecit  
 fundamenta, acerrimo insuper ingenio praeditus,  
 omnia sua publicae utilitati destinavit, quod aliis  
 commemorandum relinquo, qui egregii viri merita  
 vivis coloribus delineare suscipiunt; mihi sufficiat,  
 in memoriam revocare optimi viri merita in no-  
 stram Acadamiam, nostramque Scientiam.

Antequam nostrates non ita pridem manum  
 Rebus ad scientiam naturalem spectantibus admove-  
 re inceperunt, debuimus quaecumque nova in hisce  
 sacris detegerentur, ab exteris nationibus, com-

merciis per indias servantibus, mutuari, uti in primis ab actis Gallorum, Anglorum aliorumque; instituta autem *societate indiae Orientalis* apud *Gothoburgenses*, ne otiosi in his diutius pesisteremus spectatores, animum subiit desiderium experiundi, qua ratione nostrates etiam, aliquid ad scientiam conferre possent; cum itaque Regiae Cancellariae simulque Regiae tunc temporis Scientiarum Academiae Praeses, Excellentissimus Comes D:9 C. G. *Tessin*, qui scientias elegantiores apud nos omni semper favore promovere nunquam intermisit, cum societate Indica convenit, ut quotannis cum navibus liceret mittere juvenem, Naturae sacris initiatum, in indias, societatis hujus impensis; quod quamvis ut initio inventum, ita tamen facile evenit, opera & favore Amplissimi nostri *Lagerströmii*, qui nunquam societatis indiae negotiis defuit, & non modo summo favore amplexus est ejusmodi naturae curiosos, sed & in mandatis dedit Navium Gubernatoribus, ut his interserent quacumque liceret ratione, ut finem obtinerent propositam; imo quod magis est, iussit societati subjectis sociis, suis propriis impensis emere quaecumque in china occurrerent singularia & portentosa, ad locupletandam scientiam praestantissimam. Ipsi itaque imprimis debemus, quae *Ternströmius*, *Torenius*, *Bradius*, & instar omnium *Osbeckius*, observarunt & ex indiis conquisiverunt, in Re naturali. Quaecumque obtinuit, ipse publico consecravit, partim ea mittendo ad museum Academicum, ad N. D. Praesidem, ad Acad. Reg. scientiarum, imo etiam ad ipsius Regis nostri serenissimi museum.

Quum



Quum autem omnia ea recensere, quæ in augmentum musei Academici generosa manu contulit vir eximius, mihi nimis prolixum esset, acquiescam tantum in consideratione earum, quæ unica Arca musei asservantur, inde deprompturus præcipua, ita tamen ut seponam, non modo quæ antea descripta sunt in Amphibiis Gyllenborgianis, Museo Principis, Surinamensibus Grillianis, & Musei Regii tomo primo, sed & ea omnia, quæ ad prelum parata & destinata, Tomo 2:0 Musei Regis, ut & Museo Serenissimæ Reginae, ne falcem in alienam messem injiciam; reliqua quæ in cæteris arcis musei asservantur, aliis enumeranda relicturus.

**Plantas** indicas easq; plurimas & rarissimas, quas partim *siccas* dudum speciebus Plantarum inleruit N. D. Præses, partim vivas horto Academico ejusque hybernaculis intulit, quales sunt, *Cocos, Phoenix, Cycas, Saccharum, Pentapetes, Hibiscii varii, Sanguis draconis, Bombu, Arum chinense, Fagara, Conyza, Amaranthi, &c.* in nullo horto (veccico antea vilas, sicco pede transeo.

**Botanicon chinense**, lingua & typis chinenfibus impressum, constat XXXVI voluminibus in octavo, quorum duo figuras continent, inprimis plantarum, nec non nonnullas animalium & lapidum, in singulis paginis quatuor, iconibus cubæ simillimis, reliqua vero continent naturam & usum plantarum, quo Bibliothecam N. D. Præsidis auxit Mæcenus artis nostræ; hoc ut lubenter

explicarem, vetat characteres & lingua, mihi prorsus ignota.

Pretiosissimus simul occurit *Lapis De Goa*, quem a D:o Lagerström, N. D. Præses dono accepit, cujus vires in morbis variis, multo cum successu expertus est.

**Cornu** itidem **Rhinocerotis**, in quo summa Artis vestigia chinensium relucet, in sculptis imaginibus *Perficæ*, *Mespili*, *Sagittariæ*, *Nelumbi*, *Potos*, *Labruscæ*, cum *Igvanis*, tam eximiis, ut vix simile unquam viderim, inter stupenda N. D. Præsidis collectanea, ab optimo nostro mæcenate missum;

**Conchylia** varia, *umbilicos veneris*, *Nautilos* pulcherrime inscriptos, cum aliis plurimis mitto; sed mihi sufficiat in presenti, adferre ea quibus scientiam naturalem imprimis locuplitari sciam.

**Plantas** itidem **medicas** omnes, quæ in officinis pharmaceuticis chinensium asservantur, adferri suis impensis curavit illustris Lagerström. Erant hæ omnes decerpæ a tenellis ramulis nuper germinantibus, & absque fructu floreque exsiccatis, quæ numero circiter mille erant diversæ; singuli pugilli quantitate & mensura. Chineses, qui imprimis simplicibus delectantur medicamentis, in eo certe nostris feliciores, norunt sine Medici auxilio ex officinis suis in quocumque morbo, poscere propriam plantam instar specifici; cujus sæpius solum infusum hauriunt, quod si frustrari eos

contigerit, fatum suum expectant. Hoc experimento illustris vir cordatis medicis aperuit, quantum lucri medicinæ accederet, si Medicus solida eruditione Machaonia & Botanica instructus, hæc medicamenta sibi redderet familiaria, quibus Res medica, de medicamentis specificis etiamnum incognitis, in ægrotantium salutem, tam multa acquireret, quam doleret se carere, si ignota essent omnia ea, qui beneficio seculi hodie cognita sunt. Hinc medico omni, imprimis vero Regiis Collegiis Medicis commendamus, ut nulli parcant labori nullisque sumptibus, antequam hæc notitia ipsis evadat notissima.

Ex his & aliis plurimis observationibus, factis superque patet, quid ad augmentum scientiarum videatur deesse. institutis stipendiis publicis & privatis, studiosi exoticas adeundi quotannis Academias, occasionem habuere, sibi familiares reddendi scientias varias, eoque eruditi evadere; quum vero pleræque scientiæ apud nos tam feliciter ac apud exterarum florent, in votis esset, ut aliquis fortunæ bonis valens, ejusmodi daret stipendia naturæ curiosis, qui eorum ope adire possent nationes extra Europam degentes, quas dicimus barbaras; unde certe longe majora in omnibus disciplinis practicis, redundarent Europæis augmenta, quam hic rite explicare liceat; & insimul natio nostra non minus quam ipse institutor famam, nullo tempore succubituram, attingeret.

## CLASSIS I.

## QUADRUPEDA.

## 1. MANIS squamosa.

Descripta & delineata, in *actis* Academiae regiae sci-  
entiarum *Holmenfis*, 1749 *Tab. VI, Fig. III.*

## CLASSIS II.

## AVES.

2. PSITTACUS (macrourus) *viridis*, *pectore sanguineo*, *gula nigra.*

*e* *China* attulit D:9 Petrus Osbeck.

*Corpus* magnitudine turtulis, totum supra, unacum Abdomine, nitidissime viride. *Tectrices* alarum in medio flavescentes.

*Rostrum* incarnatum. *Gula* nigra.

*Pectus* & *Collum*. subtus rubra.

*Remiges* virides, latere interiori fuscae.

*Cauda* cuneiformis, corpore longe brevior; *Rectricibus* supra viridissimis, subtus flavescentibus.

3. PSITTACUS (minutissimus) *brachiurus*, *viridis*, *pectore urrhopygioque coccineis*, *vertice ceruleo.*

Edv. p. 6. tab. 6.

*Corpus* magnitudine passeris: Capite, Collo, Dorso, Abdomine, Femoribus, Alis, cauda *viridibus*.

*Rostrum* plumbeum, figura ut in congeneribus;

*Vertex* capitis macula rotunda, cyanæa notatus.

*Pectus* ante sternum macula rotunda, coccinæa, saturatissima, ornatum.

*Urrhopygium* pennis coccinæis, longitudine fere caudæ, tectum.

*Remi-*

*Remiges* virides, immaculatæ, lateribus occultatis, magis fuscescentibus.

*Cauda* brevissima, rotundata, virens.

*Pedes* pallidi, figura ut in congeneribus.

Mira & singularis admodum proprietes hujus aviculæ, quod dum somnum capit, suspendat se pendulam omnino, altero pede, sub ramo, ne aves rapaces nocturnæ hanc facile observent; & sic a natura conservatur.

4. **RAMPHASTOS** (cornutus) *fronte ossæ, plana, antice bicorni.* Calao *Petiv. Gaz.* 43, t. 28. f. 6. & t. 81. f. m.

*Rostrum* hoc, inter maxima omnium est avium, si crassitiem præsertim attendamus, leve tamen admodum, utraqve maxilla arcuatum, dorso cultratum, ut in congeneribus, colore incarnatum, versus apicem præsertim; mandibulæ extrossum ferratæ; *Nares* pone rostrum, & non in ipsis mandibulis; supra caput *Calvaria* nuda, oblonga, planiuscula, in duos angulos antrorsum prominens, & hocce os mandibulæ superiori tam accretum, ut contiguum unum evadat, postice vero ad occiput valde gibbum, & rotundatum, ubi totum cranium a parte superiori tegit. *Rostrum* præterea ad basin mandibulæ inferioris nigrum, & sub prominentiis anticis calvariæ, atrum. Lingva abest, ut an pennacea nec ne, dijudicare non possum. Tempora capitis, sive regio circa oculos, pennis tecta, nigra est. Ex figura nostri, ferraturis mandibularum & levitate,

te, hanc speciem generis Ramphastos judico, quanquam lingua abest. Petiver, unum anticum & duos posticos in suo pingit digitos.

5. **ISPIDA** (viridis) *supra ferruginæa.*  
 hanc avem e China attulit D:9 Osbeck.  
*Rostrum* nigrum, crassiusculum, cultratum, parum arcuatum.  
*Ferruginæa* sunt Caput supra, Dorsum inter humeros & alæ subtus.  
*Viridia*, sunt Pectus & Alæ supra.  
*Coerulea* sunt Gula, Urrhopygium & Cauda supra.  
*Abdomen* pallido virescens.  
*Remiges* supra virides, margine anteriori & subtus ferruginæi, apice nigri; remigum omnium rachis ferruginæa & omnes remiges subtus fulci.  
*Rectrices* XII æquales, intermediis duabus longioribus, attenuatis, omnes apice obtusi, emarginati, præter intermedios duos, omnesque supra coerulescentes, margine interiori fulci sed extimus Rectrix utroque margine fuscus est.  
*Pedes* nigri, tetradactyli, digitis tribus primoribus coadunatis, ultra medium absque membrana.
6. **SITTA**, (ano sanguinæo,) *palpebra inferiori purpurea.*  
*KaikaiKann chinensibus*  
 e China attulit D:9 Petrus Osbeck.  
*Rostrum* nigrum, modice cultratum, maxilla superiore intra apicem utrinque emarginata.  
*Caput* supra nigrum, lateribus & gula album

*Dorsum* Grilæo fulcum.

*Collum* subtus cinetum fascia fulca.

*Pectus* & *Abdomen* subcineræa.

*Ani* regio sanguinæa.

*Alæ* rotundatæ Remigibus fulcis.

*Rectrices* sub aqvales, minus rigidi nigricantes, exterior apice interiori alba.

*Pedes* nigri, tetradactyli, postico crassiori.

7. PELECANUS (cauda forcipata) niger, capite ab domineq; albis.

*Albitros* Grew. *mus.* t. 6. f. 1.

*Man* ofvar, *sloan.* *jam.* 1. p. 30.

*Edw.* t. 88.

*Magnitudo* fere anseris, *Dorsum* fusco ferruginæum.

*Alæ* ferruginææ, Remigibus nigris, longissimis, ut inter extremitates alarum VI pedes sint.

*Cauda* forcipata: *Rectricibus* XII, nigris.

*Caput* album, *Gula* unda, *Pectus* & *abdomen* alba.

*Rostrum* fulcum, capite longius, edentulum, apice incurvo, superioris maxillæ admodum arcuato & acuto.

*Pedes* tetradactyli, parvi, digitis omnibus communi junctis membrana. *Avis* in insula Ascensio. a D: o P. Osbeck capta, ubi homines accedentes metuere nescit, quod commune est avibus, altum mare & insulas ejus inhabitantibus.

8. PELECANUS (piscator) rostro serrato, cauda cuneiformi.

\* Anseri bassano affinis fusca avis. *sloane Jam.*

Raj. av, 191.

Catesb. carol. I. p. 87. t. 87.

β Anseri basiano congener cineræo albus. Sloan. Jam. pref. 31. t. 6. f. 1. Raj. aves 191.

Bubbi chinensibus.

hujus duo adiunt sexus.

MAS (α) totus niger, abdomine canescente.

FOEMINA (β) tota albida, remigibus nigris.

Rostrum utrisque gibbum, in fœmina præcipue sanguinæum, margine tenuissime retrorsum serrato,

Gula nigra

Corpus magnitudine anatis majoris.

Pedes sanguinæi, magni, tetradactyli, digitis omnibus communi membrana junctis, unguis inter medii margo interior dilatatus & fere pectinatus.

Alæ utriusque sexus subtus albicant.

Rectrices caudæ XIV, interioribus sensim longioribus, in fœmina etiam parum fuscescentibus.

hanc D<sup>o</sup> Petr. Osbeck e China adduxit.

Quantum ex Peregrinatoribus per chinam, eorum que diariis, conijcere licet, hæc illa sit avis, quam chinentes domitam in naviculis suis conservant, & ad pisces capiendos quotidie emittunt, quos domino suo adfert, quum eos ob annulum collo impositum deglutire nequeat; singulare piscaturæ genus!

9. STERNA (stolida) nigra, fronte albicante, cauda cuneiformi.

Hirundo marina major, capite albo, Sloan. Jam. I. t. 6. f. 3.

Ca.



*Catesb. carol. I. p. 88. t. 88.*

*Passer stultus Hernandez.*

*Corpus* magnitudine sternæ marinæ, totum fuscum;  
*Frons* a rostro ad verticem capitis cineræo albicans.

*Remiges* nigræ.

*Rectrices* nigræ, quarum laterales paulum breviores.

*Rostrum* subulatum, parvum, declive, apice compressum, carina vix manifeste gibba; *Nares* oblongæ, perviæ.

*Pedes* tetradactyli, digitis tribus membrana palmatis.

10. PROCELLARIA (capensis) albo fuscoq; varia.

*Edw. t. 90.*

*Columba capensis vulgo.*

*Pintados Lusitanis.*

est avis gregaria pelagica, ad elevationem XXIX graduum australium, inter Caput bonæ spei & novam Hollandiam obvia, ubi naves & puppim sequitur. Capta a D:o Osbeck.

*Magnitudo* columbæ.

*Caput* totum nigrum.

*Dorsum* & *rectrices* alarum albicantia, maculis sparsis, fuscis. *Subtus* tota avis, *Collo*, *Pectore* & *Abdomine* alba.

*Remiges* primores nigri, latere interiori albi; *Remiges* secundarii albi, apicibus nigris.

*Cauda* integra; *Rectricibus* XIV, a basi ultra medium albis, & dein apicem versus nigris.

*Rostrum* atrum, subtus cylindrico depressum; *maxilla* superiori apice adunca; interiori apice com-

pressa, canaliculata, obtusa. *Nares* supra medium rostri, instar cylindri truncati  
*Pedes* tridactyli, palmati; *Unguibus* nigris; *Digitus* posticus nullus, sed ejus loco tantum unguis.  
 Rostrum & *Pedes* eorumque figura, evidenter docent, hanc avem ad genus *Procellariæ* pertinere.

11. **TURDUS** (*chinensis*) *griseus*, *subtus ferrugineus*,  
*linea alba ad cutem capitis*

*Whåmmaj chinensibus.*

• *Cbina* attulit D. g. Osbeck.

*Magnitudo* turdi vulgaris, supra rota grisea, sub-  
 tus ferruginæa.

*Alæ* rotundatæ; *Remigibus* subtuscis, extrorsum  
 griseis, lineolis transversis fuscis vix manifestis.

*Cauda* rotundata fusciscens, fasciis transversis, nu-  
 merosis, obsoletis, saturatius fuscis.

*Ab oculis* versus occiput lineola alba, e pennis albis  
 pluribus, pulchre notant hanc avem.

*Rostrum* & *Pedes* pallidi.

12. **TURDUS.** (*hoematodos*) *ater*, *pectore cocinea.*

*Mus. Reg.* 18.

*Edw. ornith.* f. p. 82. t. 82.

*Magnitudo* est statura Turdi aut sturni,

*Corpus* atrum, subtas gula & pectus abdomen us-  
 que ruberrima, ut & flexura alarum antica.

*Rostrum* nigrum, modice convexum, fere ut in  
 sturno, longius & acutius quam in congeneribus,  
 ut figura rostri propius accedat ad turdos, quam

ad

ad emberizas. Rostrum maxilla superior, basi angulo acuto, capiti inserta, & quasi ad basin curva, fere ut in loxtis, sed rostrum magis angustum quam in loxtis nobis cognitis; Nares juxta basin superne tectæ quasi squamula convexa; vibræ nullæ.

*Remiges nigri, immaculati.*

*Rectrices XII.* fere æquales, nigri, immaculati, sed duo intermediæ angustiores & apice fere setacei. *Pedes pallide fusci, unguis posticus reliquis paullo longior & validior; unguis intermedius margine interiori latior, digiti laterales & ungues minores inter se æquales.*

*Avicula est speciosissima colore atro & coccinæo.*

13. *LOXIA (Cardinalis) rubra, fronte nigra.*

*Willughb. ornith CCXLV t. 44. f. 2.*

*Coccothraustes capensis ruber, rostro hiante, Pet. Gaz. 16. t. 16. f. 7.*

*Coccothraustes rubra, Catesby. carol. I. p. 38. t. 38.*

*Erisch Aves I. t. 4. f. 1.*

*Coccothraustes indica cristata. Albin, ornith I. t. 57.*

*Magnitudo loxiæ curvirostræ. Corpus fere totum sanguineum;*

*Frons, rostrum undique cingens, nigra,*

*Dorsum fusco rufescens.*

*Remiges fusco rufescentes, margine utroque purpurescentes.*

*Caput, Pectus, Abdomen & Pennæ sub cauda coccinææ.*

*Cauda longa, integra, vel Rectrices laterales paullo breviores, omnes fusco purpurescentes. Ro-*

*Rostrum* incarnatum, crassissimum, gibbum, fronte calva; *Nares* ad basin rostri patulæ; *Vibrizæ* incumbentes nigræ, ad basin rostri.

*Caput* non cristatum, licet pennæ tectrices versus occiput longiores sint, quas avis terrefacta erigit cristæ instar.

14. LOXIA (erythrocephala) nigra, capite gulaque coccineis, pectore abdomineque albis.

*Magnitudo* fringillæ. *Corpus* maximam partem nigrum, uti Dorsum, Alæ cum remigibus, & Cauda cum rectricibus.

*Caput* supra & subtus coccinæum.

*Jugulum* sive *Collum* subtus itidem coccineum.

*Pectus*, *Abdomen*, *Femora*, *Collum* maximam partem alba,

*Remiges* margine anteriori minutissimo & vix manifesto albi;

*Rectrices* æquales, quorum exteriores utrinque IV. apice albo & extrema margine laterali magis fusco quam nigro.

*Rostrum* pallidum, breve & convexum, ut in congeneribus, *Nares* ante basin patulæ, & postice margine gibbo cinctæ, basis rostri in maxilla superiori, sinu obtuso capiti insertum, ut caput ad basin rostri nonnihil calvum evadat.

*Pedes* pallidi; *Ungvis* posticus validior & magis compressus.

15. LOXIA (sanguinirostris) rostro pedibusque sanguineis corpore supra griseo, subtus pallido.

*Corpus* magnitudine ligurini. Re-

*Rostrum* crassum, saturate sanguineum, angulo nudo fronti insertum. *Nares* ad basin rostri semitectæ. *Frons* plumis minimis nigris tecta, ut & gula, *Caput*, *Collum*, *Dorsum* & *Alæ* supra fulco grisæa. *Pectus* & *Abdomen* albido flavescentia. *Flexura alæ* albido flavescentia. *Remiges* fulci, margine exteriori vix manifeste flavescente. *Rectrices* sub æquales, margine exteriori minimo flavescente, & interiori vix manifeste albicante. *Pedes* pallidius quam rostrum incarnati, *Digiti* laterales æquales, posticus crassior.

16. LOXIA (oryzæ) fusca, temporibus albis,  
*Loxia* remigibus rectricibusq; nigris *Mus. Reg.* 18.  
*Edw.* t. 41.  
*Corpus* magnitudine passeris canariensis, fuscum, tempora alba, *Abdomen* & *femora* grisæa.  
*Remiges* nigricantes  
*Rectrices* æquales, nigri.  
*Rostrum* crassissimum, angulo recto frontem capitis intrans, incarnatum. *Nares* ad basin rostri quasi a postico parte rostri, antice ruga rostrum exarantes.  
*Pedes* pallidi, ungues compressi.  
*Pennæ* rectrices inferiores Caudæ, albicantes.  
 fertur hæc avis mire destruere agros oryza confectos, in java & ad Caput Bonæ spæi.

17. LOXIA (flavicans) flava, dorso virescente, capite  
 fuboo C Cor

*Corpus* magnitudine passeris canariensis.

*Caput*, *Collum*, *Pectus*, *Abdomen*, *Femora*, *Urrhopygium*,  
colore sulphuræo sive flavo, picta sunt.

*Caput* supra pallide fulvum,

*Luteo virescentia* sunt dorsum, alæ & cauda, alorum flexura anterior, margine & subtus flavissima.

*Remiges* fulci, margine externo & interno sulphuræo.

*Rectrices* fulci, utraque margine flavescentes.

*Rostrum* brevissimum, convexum & crassum, maxilla superiori sinu caput intrante,

*Pedes* pallidi, Ungve posteriori validiori.

18. LOXIA (cœrulæa) viridi cœrulæa, remigibus rectricibusque nigris.

*Edv. Ornith.* t. 125.

Magnitudo pyrrhulæ, vel fere curvirostræ.

*Corpus*, *Capite*, *Dorso*, *Collo*, *Pectore*, *Abdomine*, tectum plumis fasciis, apice viridi cœrulæis, ita ut fulcus color ubique occultetur a pennis incumbentibus, color autem cœrulæus quasi viridi intime mixtus, ita ut præsertim in capite, difficile sit determinare, utrum prævaleat color viridis, aut cœruleus.

Regio inter rostrum & oculos nigra.

*Rostrum* breve, plumbeum, crassum, fronti angulo nudo insertum. *Nares* nudæ, subrotundæ, *Vibrizæ* ad latera rostri paucæ.

*Pedes* pallidi.

*Remiges* nigri, immaculati.

*Rectrices* longiusculi, sub æquales, nigri, immaculati.

19. LOXIA (fusca) remigibus a tertia ad novam, basi omnino albis.

Magnitudo passeris canariensis, adeoq; in suo genere facile minima.

Corpus supra fuscum, Capite, Collo, Dorso, Alis, Cauda; subtus vero pallidum, scilicet Gula, Collo subtus & Pectore cinerescens. Abdomine albidum. Ani regione & rectricibus inferioribus caudæ alba. Remiges fusci vel potius nigricantes, remex primus totus nigricans, tantum margine tenuiore versus basin albidus.

Remiges 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. nigricantes, sed ab basin omnes toti albi; reliqui remiges nigricantes, sed latere tenuiori a basi ad medium albi. Rectrices nigricantes, sub æquales, apice parum & vix manifeste obsoleti.

Rostrum breve, crassissimum, plumbeum, basi insertum fronti angulo nudo; Nares subrotundæ ad basin rostri, & a parte rostri postica; Vibræ parvæ, vix manifestæ.

Flexura alarum, vix manifeste, præsertim subtus, albicans.

Pedes pallidi, Digitis lateralibus inter se æqualibus posticus vero ungue crassiori.

20. EMBERIZA (mixta) grisea, pectore gulaque cæruleis, abdomine albo.

Corpus magnitudine ligurini.

Rostrum pallidum, crassiusculum, minus tamen quam in loxiis, Maxilla inferior ad latera baseos valde gibba; maxilla superior basi nonnihil com-

pressa, angulo acuto capiti inserta; *Nares* subrotundæ, a parte postica maxillæ; *vibrizæ* nigrae, *Color* corporis supra in capite, Collo, Dorso, Alis, griseus, cum interlucentibus hinc inde subcæruleiscentibus pennis, ut mihi dubium sit, numne color griseus mutetur in cœrulæum. Caput ad aures, Gula, Pectus & Flexura alarum *viridi coerulea*; *Abdomen* album, tectum pennis ad basin fulcis.

*Femora* grisea, cum sparsis pennis coeruleiscentibus. *Remiges* fusci, omnes margine tenuiore albicante, sed primores margine exteriori tenuissimo, & vix manifeste coeruleiscente.

*Pedes* pallidi, digitis longiusculis, lateralibus, postico crassiore,

## CLASSIS IV.

### PISCES.

21. **LOPHIUS** (*tumidus*) *pinnis dorsalibus tribus*,  
*Mus. reg.* 56.

*It. Wgoth.* 137. t. 3. f. 5.

*Corpus* lividum, pictum maculis, sive characteribus albis, fuscisque, non modo ad latera, sed & in ipsis pinnis.

*Pinna* supra caput, mollis, subulata, & ante hanc pinnam seta parva, cum ramento terminali;

*Pinna* supra pectoralis mollis, unico radio.

*Pinna* *dorsalis* proprie sic dicta, radiis XII, mollibus quorum duo posteriora bifidæ

*Pinnae* *Pectorales*, pone ventrales brachio instructæ, radiis X. pedes palmatos referentes. Pinna



*Pinnae ventrales* basi coalitæ, radiis V.  
*Pinna ani* radiis VII. duobus primis indivisis mollibus.  
*Pinna Caudæ* rotundata; radiis IX, bifidis, extremo utrinq; indiviso.  
*Corpus*, sed præsertim abdomen, & Gula, ramentis cutaceis, adspersum, *denticuli* in ore acerosi.

22. BALISTES (capistratos) *lineis nigris ab oculis radiantibus.*

*Corpus* ovatum, oblongum, compressum, tectum squamis rhombeis, scabris in quincuncem dispositis cinæreum, subtus albidum & magis scabrum.  
 Ab oculis, lineæ nigræ undiqve radiant.  
*Linea* latiuscula nigra, a naribus versus pinnas pectorales, descendens & alia ejusdem latitudinis, ab apice labii superioris, versus pinnas pectorales, cum priori parallela.  
*Pinna dorsalis prior*, radiis 3 squamosis, quorum primus major & antice scaber.  
*Pinna dorsalis posterior* antice acuminata radiis XXX, mollibus.  
*Pinnae pectorales* radiis XVI. ante hos aculeus anteriorum protensus.  
*Pinna ventralis* longitudinalis, ad basin muricata, radiis XIV. spinosis, brevibus.  
*Pinna ani* radiis XXVIII mollibus.  
*Pinna caudæ* bifurca, acuminata, radiis XII.  
 Verrucæ nullæ ad latera caudæ.  
 Plurima habet communia cum *Balista rigente*. *Mus. Reg.* 58.

23. OSTRACION (hispidus) *tetraodon*, *ventricosus*,  
corpore toto muricato,

In *amœnitatibus academicis*, vol. 1: p. 330. t. 4.  
f. 4. piscis huic maxime affinis describitur, pla-  
ne autem distincta specie, hic enim corpore  
non levi est, non compresso, & ad nares insu-  
per lamellis gaudet, totaque structura differt.

Corpus ovatum, ventricosum, tectum undiqve ex-  
cepto ore & cauda, setis rigidiusculis, brevissimis  
obtusiusculis, unde admodum scabrum, insuper  
supra fuscum, subtus pallidum.

*Labia* crassa dentes tegunt.

*Dentes* primores duo, & totidem infra, uti in gliribus.

*Oculi* rotundi, palpebris crassiusculis.

*Narium* loco, utrinque duo ramenta cutacæa, mol-  
lia, oblonga compressa, parallela.

*Pinna dorsi*, versus caudum sita, radiis VIII, vel  
IX, mollibus, ramosis.

*Pinnæ pectorales* brevissimæ, latæ & obtusæ, ra-  
diis XVII vel XVIII. sitæ pone rimam respiratio-  
ni dicatam.

*Pinne ventrales* nullæ.

*Pinna ani* opposita pinnæ dorsi, ejusdemque mag-  
nitudinis, radiis X.

*Pinna Gauda* rotundata, radis X.

*Cauda* brevis, pone pinnas dorsi & ani.

Piscis hic itaque proxime convenit *Ostracioni ven-  
trioso*; *Mus. Reg.* 1. p. 59.

24. SCIÆNA (fasciata) *fasciis* decem, *maculaque*  
*operculorum fuscis.* Cor-

Corpus lividum, fere uti parallelograma extensum  
falcis transversis, plusquam X fuscis.

Caput a tergo maculatum, & macula fusca ad  
extremitatem operculorum branchialium.

Pinna dorsalis radiis XX, quorum XIII primores  
breviores, spinosi.

Pinnae pectorales radiis XI.

Pinnae ventrales radiis VI, primo spinoso; duo  
in letam exeuntes.

Pinna ani radiis XXVIII. primis XV spinosis, bre-  
vioribus, omnibus simplicibus.

Pinnae caudae radiis XVI.

25. CHÆTODON (pinnatus) *griseus*, fascia frontali  
apiceq; caudae albis. Mus. Reg. 64. t. 33. f. 6.

in hoc pilce Pinnae dorsi, ani, & ventrales, lon-  
gissimæ, & ipsa cauda longiores, solis pinnis  
pectoralibus parvis; in pinna dorsi vero, radios  
molles vix ultra XXX, in nostro specimine observo.

26. CHÆTODON. (argenteus) *pinnis ventralibus ex  
ex spinis duabus.*

Corpus figura rei vomeris, mus. Reg. 67, compres-  
sum ut in Plevronecta, latius quam longum, re-  
ctum squamis parvis, levibus, minimo argenteis.  
Oculi sanguinei.

Maxillarum margines, dentibus vix conspicuis,  
flexilibus, exasperati. Opercula branchiarum ar-  
gentæa, levia.

Membrana branchiostega, radiis VI.

Pinna dorsalis, squamis tecta, falcata, constans  
ra-

radiis xxxii, quorum 1. 2. 3. spinosi & sensim breviores, 4 simplici molliori longo, reliquis sensim brevioribus ramosis.

*Pinnae pectorales* ovatae, radiis xvi, mollibus, quorum 12. sensim breviores.

*Pinnae ventrales* nullae, quorum loco *spinæ* duae, breves, rigidae.

*Pinna ani* magnitudine & figura dorsalis, falcata, & squamis tecta, constans radiis xxxii, quorum 1. 2. 3. breves, sensim longiores, validi spinosi. 4 longior simplex, mollis, 5 inter longissimas cum sequentibus brevioribus ramosis.

*Pinna caudæ* bifurca, radiis xvii.

27. SCOMBER (tabellatus) *linea laterali squamis laetis pinnata.*

Scomber *linea laterali* curva, tabellis osseis muricata, corpore lato & tenui, *Gron. act. Ups.* 1744. p. 36.

*Membrana branchiostega* radiis vi.

*Pinna dorsi anterior* radiis vii, rigidis & spinosis.

*Pinna dorsi posterior* radiis xxxiv.

*Pinnae pectorales* radiis xviii, primo brevissimo & adnato.

*Pinnae ventrales* radiis vi. primo indiviso.

*Pinna ani* radiis xxx, præter spinas duas primores brevissimas, spinosas, crassiores, spatio remotas.

*Pinna caudæ* radiis xvii.

*Corpus* supra angulo acuto carinatum,

*Linea lateralis*, a capite ad caudam extensa, singularis omnino, squamis lateralibus utrinque ensiformibus, pinnata, hæc in medio deorsum curvata, & dein

& dein magis carinata, spinis subulatis imbricatis,  
ut piscis postice tetragonus evadat.

Os interne scabrum.

Opercula branchiarum levia.

Oculi magni, a parte postica membrana lata nictitante, instructi, quæ dimidium fere oculi occupat.

28. GOBIUS (nebulosus) pinna ani radiis novem.

Membrana branchiostega radiis v.

Lingua obtusa levis. Dentes in utraque maxilla parvi acuminati, Oculi a tergo capitis.

Pinna dorsi anterior radiis vi, acuminatis, mollibus, simplicibus,

Pinna dorsi posterior radiis xi.

Pinne pectorales oblongæ, radiis circiter xx.

Pinna ventralis radiis x, antice membranula connexa, ut fere infundibuliformis,

Pinna ani radiis ix.

Pinna Caudæ integra, rotundata, radiis ix.

Piscis totus una cum pinnis, nebulosus.

29. GOBIUS (pectinirostris) dentibus maxilla inferioris horizontalibus Fig. 3.

Corpus molle squamis vix conspicuis & fere nudum.

Membrana branchiostega radiis iii.

Maxilla superior, dentibus æcerosis, minutissimis, exasperata, sed nullis ad basin, Canini utrinque iii. longiores; Primores nulli.

Maxilla inferior fere plana, Margine ciliata, Dentibus setaceis, horizontalibus, patentibus extra ma-

D

xillam

xillam, obfusculis & fere marginatis, Canini duo inflexi; Primores nullæ.

*Lingva nuda.*

*Pinna dorsalis anterior*, punctis albis adspersa, radiis v, simplicibus, mollibus in setas exeuntibus.

*Pinna dorsalis posterior*, radiis xxvi mollibus, simplicibus, ad basin maculis albis & nigris, versus apicem vero, fascia longitudinali alba.

*Pinne pectorales*, radiis xix mollibus.

*Pinne ventrales* sub pectoralibus, postice connexæ, ut unum omnino constituent, constantes radiis xii.

*Pinna ani* ab ano ad caudam fere extensa radius xxv.

*Pinna cauda* acuminata, radiis xv.

*Oculi* in vertice capitis admodum approximati.

30. MYSTUS (altus) corpore ovato.

*Corpus* figura cyprini compressum.

*Membrana branchiostega* radiis v.

*Pinne dorsi* in medio dorsi, radiis xiv.

*Pinne pectorales*, radiis xiii.

*Pinne ventrales*, radiis viii.

*Pinna ani* radiis xxviii. distincta a pinna caudæ.

*Cauda bifurca* radiis xxi.

*Abdomen* a gula anum usque carinatum, & ferratum denticulis xxx.

*Maxilla superior*, apice obtuso & breviori est.

Affinitate iungitur cum mysto sequenti, quamvis specie diversissimæ, uterque Clypeo affinis est, licet membrana branchiostega differt.

31. MYSTUS (ensiformis) corpore ensiformi Fig. 12.

*Membrana branchiostega* radiis ix.

Ca-

*Caput* leve, superne inæquale, *Or* interne scabrum;  
*Maxille* superiores capite longiores membranaceæ,  
ensiformes antice denticulatæ.

*Branchie* IV, singulari modo introrsum pectinatæ.

*Pinna dorsi* in anteriori parte corporis, radiis XII,  
mollis, lanceolata.

*Pinnae pectorales* longissimæ, radiis XVII, longitudine  
pertingentes ad apicem pinnae dorsalis.

*Pinnae ventrales* brevissimæ, radiis VI.

*Pinna ani* ab ano ad caudam extensa, & cum pinna  
caudæ coadunata, linearis, radiis LXXXIV.

*Pinna caudæ* integra, radiis XI.

*Corpus* album, maxime compressum, leve; *Abdomen*  
a capite ad anum carinatum & ferratum denticulis  
seu spinis minimis.

*Piscis malacopterygius*, figura cultri.

32. **CYPRINUS** (auræus) *Mus. Reg. p. 77. Act. Stockh.*  
1740. p. 403. t. I. f. 3. 8. *Fn. Sv. 331. T. 2.*

hunc piscem omnium fulgidissimum, a China vivum  
ad ferri curavit & diu alit, Nobilissimus D. Lagerström.

## CLASSIS V.

### INSECTA.

33. **CANCER** (retusus) *brachiurus*, *fronte rotunda*, *teste*  
*lateribus transversim striatis* Fig. 10.

*Corpus* magnitudine pomi, totum cum *testa* & *pedibus*  
rufescens, maculis pallidis.

*Testa* totundata, convexa, vertice dorsi transversim

quasi rima depressa notato. *Latera* testæ levia, striis transversis, quasi antrorsum imbricatis.

*Caput* supra verrucosum, Antice valde retusum, cum duobus punctis prominulis in disco, margine inferiori obtuso, obsolete crenulato. Pone singulum oculum margo testæ duplici denticulo notatus, alias integer.

*Antennæ* brevissimæ, vix manifestæ.

*Brachia* brevissima, trigona, rugis imbricata, angulis inferioribus dentata.

*Corpus* supra verrucosum, latere interiori spina ovato lanceolata auctum.

*Chelæ* rubræ, parvæ, supra duobus tribusve angulis muricatis.

*Digiti* obtusi, intus excavati, extus transversim infra apicem linea punctati.

*Pedes* utrinque quatuor, Femoribus compressiusculis ad apicem subdentatis. *ungues* simplices, tubulati, acuti, lateribus quadrifariam aculeati.

*Cauda* arcuè inflexa, simplex.

34. JULUS (fuscus) *pedibus utrinque* cxxviii.

*Corpus* crassitie pennæ cygneæ, spitemeum, constans segmentis lividis LXIV, margine fulcis.

*Pedes* pallidi, cxxviii. parium.

*Antennæ* clavatæ, articulis vi.

35. JULUS (crassus) *pedibus utrinque* xcvi.

*Corpus* crassitie digiti, pallidum, constans segmentis XLVIII, margine flavescens, instructum pedibus xcvi parium, pallidis, sive flavescens.

*Antennæ* flavescens, capitatæ, articulis vi.



36. JULUS ( ovatus ) *pedibus utrinque XX. Fig. 4.*  
*Corpus tere ovale, livido fulcescens, glaberrimum, tectum segmentis XII, quorum primum & ultimum segmentum quartam globi partem refert.*  
*Caput obtulum, fulcum, punctis excavatis adpersum.*  
*Antenne filiformes, crassiusculæ, articulis VI subglobosis constantes.*  
*Pedes utrinque XX, compressi, terminati ungue in-  
 euro, cum spina erecta a tergo!*

## CLASSIS VI.

### VERMES.

37. HIRUDO ( muricata ) *Mus. Reg. 93. t. 8. f. 3.*  
*Animalculum in museo Regio descriptum & deli-  
 neatum, sicco pede transeo.*
38. NEREIS ( cœrulæa ) *Mus. Reg. 1. p. 93.*  
*Color huic omnino æneus.*  
*Corpus refert julum, pedibus innumeris utrinque  
 notatum.*
39. NEREIS ( sacculo induta. ) *Fig. 5.*  
*Hoc animal maxime singulare, quasi medium in-  
 ter hirudinem & nereiden, cœrulæum, nitidum,  
 altera extremitate attenuatum, cylindricum breve.*  
*Corpus constat cylindro crassiore, induto membra-  
 næ pellucidæ, laxæ nec adhærenti, decussatim  
 striato. Cujus membranæ altera extremitas, ani-  
 mali interiori longior, ventricosa, longitudina-  
 liter striata.*
40. PHYSIS ( pelagica ) *Fig. 6.*  
*Animal hoc in altissimo tantum pelago occurrit,*

& natat, Nautis, quibus notissimum dictum *Byde-  
vinis Seglare*. Hoc quod in museo reservatur, tota  
structura ita a reliquis animalibus omnibus dif-  
fert, ut vix describi queat, optamus itaq; ut aliquis  
vivum animal examinaret & delinearet; sed cum non  
omnibus liceat adire Corinthum, in structura externa  
conquiescendum.

*Corpus* oblongum, inflatum, membranaceum fus-  
cum dorso carinato, crenato; altera extremitate  
obtusum, & tere cavum; altera vero terminatum  
rostro attenuato, recurvato; e medio ventris exit se-  
ta longissima, crassitie fili, basin versus crassior &  
rugola, cæterum lævis.

41. TETHYS (mentula) *Mus. Reg. I. p. 93.*  
*Descriptio* data est in museo Regio.

42. MENTULA (marina) *cylindrica striis annulari-  
bus, glande striis longitudinalibus elevatis.*

*Corpus* pallidum, penem quodammodo referens.

*Truncus* longitudine & crassitie pollicis, cinctus  
striis annularibus XL.

*Basis* ipsa constat rugis cxi terminalibus, papillis su-  
bulatis, mollibus.

*Glans* ovalis exaratum striis xxiv, muricatis; *Os*  
glandis cinctum ruga seu sulco profundo, in cujus  
centro concavitas, cincta Ungvibus xii, incurvis,  
prominet rostro cylindrico, radiis composito.

43. MEDUSA (orbicularis) *orbicularis, supra plana,  
subtus sulcata, villosa. Fig. 7. 8.*

Rarissimum animal, ex indiis allatum, gelatinoso  
car.

cartilaginæum , magnitudine feminis lupini majoris. Corpus orbiculatum, planum, integerrimum, *supra* (fig. 7.) substriatum striis tuberculatis, ut tubercula annulos concentricos obsoletos referant; *subtus* (fig. 8.) convexum, centro concavo fulcitur a centro versus marginem, & totum *subtus* tecum quasi vellere mollissimo, & papillis lateris. Animal hoc, exceptis villis *subtus*, quoad magnitudinem, crassitiem figuram, strias, sulcos, reliquaque omnia, petrificato *PORPITES* (fig. 9.) dicto, & in *amoen acad.* 1. p. 91. t. 4. f. 5. depicto, tam simile, ut egyptum suo Protypo non melius responderet. Nemo igitur inficias forsan ibit, quin *Porpites* sit petrificatum hujus animalis, quamquam ex india allatum sit, & *porpites* apud nos vulgatissimus. Generationem itaque *porpitorum*, ex materia calcarea, stellas madreporæ simplicis implente non opus est fingere; inde enim *porpites*, nec in latere inferiori concavitatem centram, nec in latere superiori, radios obsoletos vel puncta annularia concentrica, nactus esset; de quo in *musæo Tessiniano* p. 96. ad *Helmintholitem Porpitem*: Protypus hujus est medusa parva, figura & magnitudine omnino *Porpita*. Animalculum ex india orientali inter *sargazo* lectum, allatum & *musæo Horti academici upsaliensis* transmissum, a N. D. Lagerström consiliario commerciorum, ut de lapide hoc, dubium in posterum, non sit.

44. ASTERIAS (lunata) semiorbiculata Fig. 14.

Corpus depressum, referens lunam dimidiatam, cum suis

suis cornibus, adpersum undique punctis obsoletis, absque oris aut ani vestigio.

45. **ASTERIAS** (decacnemos) *radiata*, radiis V. *geminatis*, superioribus *pinnatis*, inferioribus *filiformibus*.

Stella chinensis perelegans, dupliciter radiata.

Pet. Gaz. T. 4. f. 6.

Stella marina decacnemos fimbriata. Barrel t. 1282 f. 1.

Corpus baseos vix manifestum, exsertans Radios superiores & inferiores x. Radii superiores x, digitales, per parva, ad basin conjuncti, singuli radii alternatim imbricati radiati secundum totam longitudinem, radiis numerosissimis, sensim attenuatis, imbricatis; Radii inferiores breviores, filiformes, articulati, simplicissimi, angustiores.

46. **CHITON** (punctatum) corpore punctato, testis octo.

Corpus ovale, album, adpersum punctis excavatis. Testæ VIII, transversim oblongæ, lateribus rugosæ, fuscæ, limbo fusco, absque angulis.

47. **PENNULA** (phosphorea) *rachi summitate undique pinnata*. Mus. Reg. I. p. 96.

Corpus sanguineum referens pennam avis constans Rachi longitudine digiti, crassitie pennæ anserinæ, interne cylindrica, glabra, basi mollissima pallidior, superne scabra, pinata, Radiis parallelis, compressis, approximatis, numerosissimis, secundis, latere in teriori radiis minoribus, pectinatis, hiradu in-

inferne minores sunt, & sursum sensim majores, molles.

Dubius hærerem, utrum hoc corpus vegetabile vel animale esset, si non insequentem speciem, Lophio tumido insertam, parimodo ac Lernæa carassi *fn. sb.* 1282, & basi sua ad partem dimidiam corpus Lophii oblique penetrasse, vidissem; unde verisimile concludere possum, animal, & tertulariis affine, esse, quanquam non articulatum. Shavius hanc in fundo maris, circa oras barbariæ, abundanter reperiri, ibique candelæ instar, per noctes lucere, ut pisces supernatantes & videri & numerari queant, commemorat; unde, hanc pennam, campanis urinatoriis loco candelæ inter-  
vire posset.

48. PENNULA (sagittata) *rachi apice nuda*. Fig. 3.  
*Corpus*, vix pollicis transversi longitudine, refert pennam seu potius sagittam pennatam, cujus Rachis cylindrica, baseos longior, levis, teres, inserta Lophio tumido, sumitas vero radiata brevior, levis, angustior, pinnata utrinque radiis patentibus, simplicibus, filiformibus, pluribus. Apex nudus, obtusiusculus.
49. POLYPUS (mirabilis) *Mus. Reg. I. p. 96. t. 19. f. 4.*  
 hic pennæ phosphoræ admodum affinis, albus tamen:  
*Basis* levis & parva; *Rachis* in dorso sulcatus & *Radii* lunares, breves, pectinati, mollissimi, subrotundi, albi, distantes.

50. POLYPUS (conglomeratus) Fig. 1.

*Crassities* caudis pennæ tenuioris est, consistentia fili, longitudine pollicis, qui basi tanquam radice adnectitur corpori solido, apex vero dividitur in ramos plurimos, inordinatos, brevissimos, irregulares, minime articulatos, qui iterum subdividuntur in ramulos pari ratione multifidos, summis apicibus obtusi, crassiusculis, conniventibus.

Inter polypos hodie cognitos hic maximus est, nec ex aqua dulci extractus, sed de Pelago, cujus genuinam figuram exhibere non licet, nisi ex specimine vivo, quod nobis deest.

51. MADREPORA (polygona) aggregata, stellis cylindricis duodecim radiatis, cum intermixtis majusculis, convexis, cavis. Fig. 15.

hæc, ingentem valvulam matricis perlarum, a latere exteriori, crassitie pollicum duorum, undique tegit; & constat stellulis parvis, intus dissepementis XII, in loculamenta XII, distinctis, inter quas aliæ stellæ majores, paulo magis elevatæ, in centro foramine ovali hiantes, & intus omnino cavæ, cavitate cylindrico ad testam usque pervia. Corallium adeo peregrinum se nobis sistit, ut nulum autorem in memoriam revocemus, qui hujus mentionem fecerit.

Postquam historici naturales recentioris ævi, observarunt, madreporas a vermibus vel medusis, in societate viventibus, construi, minus alienum foret si conjiceremus, in hoc corallio, prout apud formicas & ape, diversos esse sexus; & animalia stellæ majores inhabitantia, foecunda, & in minoribus, neutra, esse, quod heic tantum monemus, ut

ut si oculati spectatores incidant in eandem Madreporam vivam, non prætermittant in hanc rem acutius inquirere.

52 CORALLIUM (chinense) *alabastrinum*, *polimorphon* Fig. 1.

Lapis hic a sinensibus, in vasculis & tapeziis illorum, in petrarum rupitumque perforatarum speciem, depictus, ubique occurrit.

Lithologis incognitam adeo speciem lapidis e china huc transferri curavit, N. Dg. Lagerström; constat non rupe sed lapide libero, spiritam magnitudine, crasso & variæ structuræ, ut duo vix similia reperiantur. Albidus est, semipellucidus ut alabastrum, cum aqua forti non efferuescens, quo a reliquis differt coralliis; præterea nec poros nec stellas habet, & cultro radi potest; substantia interna homogenæa, inpalpabilis & æqualiter compacta, ut tophus non sit; hinc inde maculæ inæquales fuscæ, cum aqua forti effervescentes, in superficie externa occurrunt: levis plerumque est, interdum rugis subparallelis, inæqualibus, notatus. Ossi aliquantum similis, notabili tamen pondere, & omnino lapidæus. In littoribus a mare ejectus reperitur; & cavitates illius a zoophytis exsculptas esse, valde probabile videtur.

REGNUM VEGETABILE  
CLASSIS XXIV. CRYPTOGAMIA.

A' GÆ

53. FUCUS (tendo) *spec. Plant.* 1162 n. 27.

Fucus indicus teres, setam piscatoriam referens, longissimus *Pluken. Alm* 160. t. 18. f. 8, Fucus

Fucus hic crassitie setæ suillæ, pallidus, longitudine VI vel VII pedum, teres, subdiaphanus, tenacissimus, instar tendinis, basi angustissimus, & tere capillaris, apice vero crassiore terminato granulo subovato mucilaginoso.


Singulare est productum mari, & quasi ab ipsa natura hominibus loco fli destinatum, quo & chinentes summa cum utilitate, utuntur; quod in fila contorquent triplicata, tanti roboris, ut manibus vix ac ne vix quidem, a validissimo queant rumpi, quorum specimina simul missa, in museo asservantur. Planta hoc tempore, botanicis minus est cognita.

### TABULA

1	Polypus	<i>glomeratus</i>	50
2	Fucus	<i>tendo</i>	53
3	Gobius	<i>pectinirostris</i>	29
4	Julus	<i>ovatus</i>	36
5	Nereis	<i>sacculo induta</i>	39
6	Physis	<i>palagica</i>	40
7	Medusa	<i>orbicularis</i>	43
8	cadem.		
9	Porpites	<i>lapia</i>	43
10	Cancer	<i>retusus</i>	33
11	Corallium	<i>chinense</i>	52
12	Mytus	<i>ensiformis</i>	31
13	Pennula	<i>sagittata</i>	48
14	Asterias	<i>lunata</i>	44
15	Madrepora	<i>polygona</i>	51







*E. Qvist B. del.*

15 *A. Åkerman Sc.*

